



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 99. Principum aliorumque Illustrium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. culpa fuerit, semper cum magno Ordine  
 A. C. 1625. nis, vinci a Turcis haud assueti dedecore  
 core conjuncta credebatur.

## §. XCIX.

*Principum aliorumque Illustrium  
 obitus.*

*Newill. hist. d' Holl. t. I. p. 301. l. 4. Theatr. Europ. p. 898. Brachel. hist. lib. 2. Lotich. Germ. rer. p. 445.* Præter Jacobum I. Angliæ Regem hoc  
 item anno Mauritius Arauionensis  
 Princeps Hagæ comitum die vigesima  
 tertia Aprilis anno ætatis suæ quinquage  
 simo octavo decessit, mærore exinde  
 concepto, quod omnes ejus conatus,  
 quos ad Bredam obsidione liberandam  
 & frangendam Spinolæ fortitudinem  
 impenderat, in irritum cadere cognos  
 ceret. Princeps erat suo ævo milita  
 ris scientiæ laude ac gloria longe ce  
 lebratissimus, magnanimus, ac pro  
 dens, nec minus liberalis in pauperes,  
 quibus plusquam quingentâ florenorum  
 millia testamenti tabulis reliquerat, si  
 que ab hoc Principe cæcus in sectam  
 suam affectus, & intemperans in Ca  
 tholicam Religionem, ejusque cultores  
 odium abfuisse, vix de ipso dici  
 posset, quod severam mereretur cen  
 suram. Sunt scilicet magnorum cor  
 porum maghæ etiam umbræ. Verum  
 vix poterat hic Princeps in nova secta  
 educatus, atque a molestis Prædican  
 tium



tium suorum fufurris exfurdatus aliter, æc. XVII.  
A. C. 1625.  
quam inique de vera & antiqua fide  
cenlere, quæ ipsi nunquam sincere, sed  
sub Antichristi, Babylonicæ meretri-  
cis, ac impiissimæ superstitionis & ido-  
latriæ larva a suis Ciniflonibus pro-  
ponebatur: Utinam aliquando revi-  
visceret Theodosius aliquis, qui ipsemet  
verbo, exemplo, ac legibus in eadem  
Catholica fide, quam Ecclesia Romana  
à Divo Petro recepit, & tum S. Da-  
masus Papa & Petrus Alexandrinus  
Episcopus docuere, omnes Christianos  
in Concilio Constantinopolitano ad u-  
nionem revocare satagit, & Macedo-  
nianos, Arianosque Sycophantas ex-  
pulit. Tum vero velut umbra evane-  
scent funesta illa Novatorum præju-  
dicia tantorum in Imperio, totoque  
orbe Christiano bellorum, motuum &  
calamitatum causæ.

Præterea die sexta Februarii Phi-  
lippus Julius Pomeraniæ Dux obiit,  
cui Bogilaus Dux successerat. Hunc  
pari fato sequebatur Joachimus Sigis-  
mundus Brandenburgici Electoris Frater,  
qui die quarta Martii mortalitatem  
exiit, ejusdem vero Mensis die septi-  
ma Joachimus Ernestus Onolsbacensis  
Dux, olim Unionis Protestantium Bel-  
ladux repentina morte sublatus est.

§. C.